



Tractatvs De Censvris Romano Pontifici Reservatis

Ugolinus, Bartholomaeus

Venetij, 1609

De excommunicatione lata contra offendentes eos, qui pro suis causis, ac
negociio ad Romanam Curiam configum. Cap. XII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61365](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61365)

to. S. nunc dictimus. versi. Sed quae-
ritur utrum legatus, quem refert,
ac sequitur Alf. Aluarez in suo
Thef. christianaæ religionis in tit.
de dispensatione Sanctorum
Episcoporum. capi. 17. numero
8. versi. Sed hinc insurgit dubium:
quorum opinio locū habere pos-
set, ubi non esset Bulla: Sed de
hoc Capite satis ad aliud transea-
mus.

*De excommunicatione lata contra offen-
dentes eos, qui pro suis causis, ac nego-
ciis ad Romanam Curiam consugiunt.*

Cap. XII.

Item excommunicamus, &
anathematizamus om-
nes illos, qui per se, vel
per alios personas Ec-
clesiasticas quascunque
vel seculares ad Roma-
nam Curiam super eo-
rum causis, & negotijs
recurrentes, ac illa in ea-
dem Curia prosequen-
tes, aut procurantes
negotiorumque gesto-
res, aduocatos, procura-
tores, & agentes, seu e-
tiam Auditores, vel Ju-
dices, super praedictis.

causis, vel negotiis de-
putatos occasione cau-
sarum, vel negotiorum
huiusmodi occidunt, seu
quoquomodo percu-
tiunt, bonis spoliant.
Seu, qui per se, vel per a-
lios directe, vel indirecte
delicta huiusmodi com-
mittere exequi, vel pro-
curare, aut in eisdem au-
xilium, consilium, vel fa-
uorem præstare non ve-
rentur, cuiuscunque præ-
minentiae, & dignitatis
fuerint.

1 Ecclesiastica persona quænam sit.

2 Secularis persona quænam sit.

3 Romana Curia qui locus sit.

4 Causa quia sit.

5 Negotium quid sit.

6 Recurrere quid sit.

7 Prosequi causam quid sit.

8 Procurare causam quid sit.

In hoc Capite excommunican-
tur, qui offendunt triplex genus
hominum ob causas, ac nego-
tia curie, scilicet aut partes, qua-

V 2 cau-

causas; & negotia illa habent, aut eos, qui illa alterius nomine agunt, aut qui ipsorum iudices sunt, qui offendunt, inquam, uno ex tribus modis, aut occidendo, aut perseciendo, aut bonis spoliando. Quare de trib. in hoc capite agemus. Primo de offendentibus partes. Deinde de offendentibus eos, qui alterius nomine hanc agunt. Tertio de offendentibus eorum iudices. Quæ ut facilius absolvantur, præmittenda nonnulla sunt. Primum quæ sit persona Ecclesiastica, & quæ secularis. Deinde, quæ Romana curia. Tertio, quæ sint causæ, & quæ negotia. Quarto quid sit recurrere, & quid prosequi, & quid procurare.

I Quoad primum igitur tñ sciendum est Ecclesiasticam personam eam esse, quæ aut per ordinis susceptionem, aut per religionis ab Apostolica sede probata ingressum se Deo dicauit, ut habetur in capi. duo sunt genera hominum. 11. quæst. 1. & in capit. si quis suadente diabolo. 17. quæst. 4. sive igitur clerici sint, sive religiosi, Ecclesiasticæ personæ dicuntur, ac sunt.

2 Secularis autem persona tñ est illa, quæ neutrum prædictorum fecit, ut habetur in citat. cap. duo sunt genera, etenim cognito uno ex contrariis, cognoscitur & aliud. argumen. in Instit. de iis, qui sunt sibi, vel alien. iur. & S. furtorum. in fine, iunct. Gloss. in Instit. de obli-

qua ex delicto. Quare quicunque sint, comprehenduntur, ut infra videbitur.

3 Romana Curia vero, tñ ut alibi declarauimus, est locus, vbi Romanus Pontif. cum suis audiencij, & iudicibus moratur, sive Roma sit, sive alibi.

4 Causa vero tñ res, quæ propontitur agenda in iudicio, ut habetur in capit. forus. S. causa, iunct. Gloss. in verb. causa. de verbo. sig. & not. lat. in l. postquam liti nomine. 10. versi. Veritas est. C. de pac. vbi & ante, & post litis contestationem causam dici ait, ad summam ego censeo, quatenus ad rem nostram pertinet, hic causam dici, de qua lis est.

5 Negotium autem tñ dicitur aliquando iurgium litis, ut habetur in cit. cap. forus. & multa alia significat. argu. tot. tit. ff. de negot. gest. Quoad rem nostram autem negotia hic accipi censeo pro causis quibuscumque, quæ habentur coram iudicibus in curia fine lite, ut procuratio beneficij, absolutionis, dispensationis a votu, & ab irregularitate, & id generis, nam omnia, quæ habentur in Curia, duplicitis generis sunt, aut lites, quas intelligo, vbi quis aduersarios habet, aut huiusmodi negotia prædicta, in quib. aduersarios quis non habet.

6 Recurrere autem tñ nill aliud significat, quam confugere, & ire, quod verbum ob id usurpatum, celeritatem significans, quo su-

gnit.

gnisicitur eorum celeritas, qui licet habent, quam primum eas expediendi. Et hoc recurrere contingere potest vel appellando, vel causam inchoando.

7 Prosequi vero † significat iam causam coepit agere, dictum est enim verbum hoc a Pro, & Sequor, quasi aliquem ante euntem sequi.

8 Procurare demum † significat rem parare, ad summam hisce verbis significatur aut item inchoare, aut inchoatam proseguiri. His sic praemissis, iam regulam proximam ponamus, quod in seq. prestatibus.

S V M M A . p . p . 7 . 1 . 0

1 Occidentes eum, qui ad Romanam Curiam pro suis causis, & negotiis vadit, in excommunicationem incident, quae excommunicationis quoisque patet, declaratur.

2 Occidentes iudeos, & alios infideles pro suis causis, & negotiis ad Romanam Curiam eunt, in excommunicatione medunt.

3 Occidentes ad Romanam Curiam eunt pro suis negotiis quando in excommunicationem non incident.

4 Vocibus dictis explicatis, iam regulam de more ponamus.

† In excommunicationem hanc sicut primo incident, qui aliquem ad Romanam Curiam

pro suis causis, & negotiis occaſione dictarum causarum, & negotiorum occidunt, ut habetur in Bulla, & facit ea quoniam de illa man. Eccl. lib. 6. quæ regula multo modis declaratur. Id quod fit de defensionem Sedis Apostolice & libertatis Ecc. ita Tolet. in Bulla Cœnæ Domini excommunicata. §. n. 4.

Nam primo locum habet, quiunque sit, qui occidant, obdictionem illam omnes, quæ neminem excludit. arg. I. Julianus. ff. de leg. 3. & cap. si Romanorum. dist. 19. Siue igitur jurisdictionem habeant, sine non habent, siue viri siue mulieres, siue laici, siue clerici, siue liberi, siue servi, in excommunicatione hanc incident. Item siue in dignitate constituti, ut Imperatores, Reges, Dukes, Marchiones, & alii inferiores iudices, eum obdictionem illam propositam, tum ob verba illa in fine huius Capitis proposita Cuiuscumque præminentia, & dignitatis. Et quoniam clausula illa in fine posita est, ob eam rem ad antecedentia omnia referuntur. argu. ca. 2. requiris, & ibi DD. noe. de app. & talis scriptura, in fine ff. de leg. 1. Ad summam ergo, siue reus conuentus auctorem interficiat, siue auctor reum, siue tertius alterum ipsorum, vel trinque, in excommunicationem hanc incider, atque si sensit etiam Rebuff. in Præl遍ef. in expositione Bullæ Cœnæ Domini articulo 19. in vici-

V 3 Re-

Recurrentes, ibi. Et sic comprehenduntur.

Item locum haber, siue per se, siue per alios predicos occidane ob verba illa per se, vel per alios. Siue ergo ipsem quis eos interficiat, siue per alios, ut pote aut id alicui mandans, auriubens, aut pricipiens, pœnam hanc non evadet. At quid de ratum habente? Ego censeo hunc in excommunicationem hanc non incidere, cum quod vbi Bulla & ratum habentes comprehedere voluit, id expressit, ut in antecedenti capite vidimus; cum quod per rationabitionem mandatum id fuisse fingitur, at, ex quo sumus in pœnis, fictionem hanc admittere non debemus. argum. cap. in pœnis. de reg. iur. lib. 6. & l. interpretatione. ff. de pœn. Quid autem iuris sit, si mandans mandatum reuocauerit, in antecedenti capite id quoque tradidimus.

Tertio locum habet, siue directe, siue indirecte eos interficiant ob verba illa Directe, vel indirecte. Quid sit autem directe interficere per se patet, non est, vbi quis immediete quem interficit. Indirecte vero, vbi quis illud operatur, quod deinde est causa, ut occidatur, exempli gratia dolo male qui sua sit ad curiam recurrenti, ut transiret per viam, in qua sciebat exules esse vel inimicos, qui eum essent imperfecturi, vel equum, in quo insidebar, in flumen incitauit, quamobrem obru-

tus est, & id generis.

Quarto locum habet, vbi Ecclesiasticas personas occidunt, quæcunque sint, ob verba illa personas Ecclesiasticas quæcunque, dictio enim illa. Quæcunque, neminem excludit. argum. capit. foliis. in fine. de maior. & obed. Siue clericus igitur sit, siue religiosus, siue in dignitate positus, siue priuatus, nihil interest, nam ipu occidens in excommunicationem hanc inciderit. Immo & in aliam, & sic in duplice, in altera, quia quis interficit recurrentem ad Romanam Curiam per hoc caput, in alteram, quia Ecclesiastica persona est, ob c. si quis suadet diabolo. 17. q. 4.

Quinto locum habet, quæcunque secularis persona sit, quæ occiditur, ob verba illa. Vel secularis, iuncta dictione illa Quæcunque. † Quare in excommunicationem hanc incident non solum, qui christianum interficit, verum et, & qui non christianum, siue iudeus, siue infidelis alias pro suis negotiis ad Curiam vadat, modo venire illo possit, tum quod neminem secularis excipit Bulla, tum quod fauor hic Romanæ Curiae est, non autem personarum. Quamobrem etiam fit, ut in excommunicationem incident, vel quis interficiat excommunicatos, suspensos, interdictos, vel etiam hereticos (modo ad Curiam veniant, quo suas causas agant, & a delicto heresis se expurgent,

ab-

absolutionem vē consequantur.) Item & exules , modo illuc ire possint, vt pote publica fide habita, id est Saluo condotto.

Sexto locum habet, vbi cunque Romana Curia sit, vel Roma, vel alibi, & apud quoscunque iudices agatur , modo Curiz iudices sint.

Septimo locum habet, vel interficiant eos, qui pro suis causis ad Romanam Curiam recurrunt vel inchoandis, vel prosequēdis, Vel pro suis negotiis aliis quibuscunque , ob verba illa Super eorum causis, & negotiis. Vel igitur spirituales causæ sint, vel non spirituales, vel criminales . vel ciuiiles nihil interest, nam Bulla non distinguit, ergo nec nos distingue-re debemus. argumen. l. de pretio. ff. de publ. in rem a.

Octavo locum habet, vel hos interficiant statim atque iter ad Curiam sulceperunt, & sic statim atque domo pedem posuerunt, ob verbum illud Recurrentes , quod significat actum præsentē, & successuum, statim enim atque quis domo egressus est , ad Curiam hic recurrere dicitur, non enim li, qui in Curia iam sunt, per illud verbum significantur, quam doquidem de ipsis speciatim , & proxime ibi agitur. Ac illa in eadem Curia prosequentes , ergo de iis intelligitur, qui iam in itinere sunt, alioquin verbum illud Recurrentes, supervacaneum es-set, contra capitu. si Papa de pri-

vileg. libro 6.

Nonò locum habet, ad quem cumque iudicem configiatur, nā Bulla non distinguit de iudice Cū riz, sed sat est, ut ad Curiam recur-tat.

Decimo locum habet, vel occi-dant nomine suo, vel alieno ob il-la Committere, exequi, nam Cō-mittere per se nomine suo, exequi ab alio mandatum.

Vndecimo vel procurent, id est ordinent homicidium fa-ciendum, ob verbum illud vel pro curare, quod significat antea cu-rate.

Duodecimo locum habet etiā in eo, qui ad hæc facienda aut auxilium, aut consilium , aut fauorem præstat, ob versicu. Aut iisdem auxilium, consilium, vel fauorem præstare non verentur . Quid sit autem auxilium ferre , consilium, fauorem ve præstare, in antecedenti Capite diximus. In omnibus igitur his casibus occi-dens in excommunicationem hanc incidet. Quacunque ratio-ne autem occidat, vt pote vel fer-ro, vel veneno, vel laqueo, nihil interest.

Postremo locum habet vel ad curiam configiens de territorio Ecclesiastico sit, vel de alieno , nā Bulla simpliciter loquitur, præterea Romana Curia omnium refu-gium est.

Excipiuntur tamen nonnulli qui penam hanc evadunt.

Primum igitur † in excommu-

V 4 nicz-

nicationem hanc non intidunt, qui iure id faciunt, ut ex episcopi gratia se defendendo, quandoquidem quocumque iure defensio licet est. Lysimachus deit iste iuri, & capitulo de sententia excommunicatio Clementi, i.e. de Homicidio. Idem etenim de interficiente banitum, quia ad Curiam igitur non potest, & de aliis huiusmodi casibus.

Secundo loco in excommunicationem hanc non intidunt, qui ad Curias aliotum principum profisi negotiis recurrentes interficiunt, nam priuilegium hoc hi tantum habent, qui ad Romanam Curiam redurrent, ut habeatur in verisu. Ad Romanam Curiam ergo non alii, qui ad alias Curias recurrent, argumentum degum pratorum de iudicis & capitulib. nonne, de presumpt. & s. quod alicui in Institutio de iur. nat. gentil. & ciuil.

Tertio excipitur, ubi interficiunt eos, qui pro aliis rebus ad Curiam eunt, ut pote animigratia, nam Bulla excommunicat solum eos, qui pro causis, & negotiis suis agendis ad Curiam recurrentes occidunt, cuiusmodi tales non sunt, ex quo igitur Bullæ verba eis non conueniunt, nec dispositio conuenire debet argumentum. s. toties, s. de damnis infed.

Quarto in excommunicationem hanc non intidunt, qui eos recurrentes ad Romanam Curiam

interficiunt non occasione causam, vel negotiorum huiusmodi, sed ob alias causas, ut pote vel ob inimicitias alibi de ortis, antiquorum illorum spoliis, & huiusmodi, nam Bulla solam excommunicat eos, qui occasione dictarum causarum, vel negotiorum huiusmodi occidunt, ergo alias secus, etenim limitata causa limitatum producit effectum argumentum. In agris, s. de acquirenter dominio, atque sic dixit Martinus Alfonius de Nivald. in Gadelabro, pars vij explanatione Bullæ Conze. Dominicae i. numeri. 92. & Jacob. de Graft. libro quarto decisi. eas eas conscientias in expositione Bullæ Conze. Domini. numeri. 104. & Tbl. eodem. Excommunicatio. n. m. met. 2. ab. 1. in T. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21.

Quinto in excommunicationem hanc non intidunt, qui eos interficiunt, qui per litteras negotia sua agunt, ut pote mittendo sua consilia, & id generis, nam hi ad Curiam non recurrunt, & sic verba ipsis non conueniunt, ergo nec dispositio.

Sexto, ubi interficiunt eum, qui in Curia Romana habitans causas, ac negotia sua prosequuntur, nam priuilegium hoc concessum iis est, qui extra Curiam habitare, & ad ipsam consugiunt, ut probatur ex verbo illo Recurretes in me in opere, in agendo in obsequiis, Septimo, ubi recurreret in casu, in quo non posset, nam ubi id non facit, cum offendentes

in



In excommunicationem habet non incident, ut sensit Rebiff. in Prax. beneficiorum expositione. Bullæ cœlestes Domini arti. 9. in verb. Recurretes ibi. In eadem Curia prosequentes, quod est not. dura tamen opinio hec mihi nideretur, & ideo non amplexanda.

Proposito excipiuntur hi, qui ad homicidium committendum auxilium, fauorem, consiliumue præstiterunt, sed deinceps homicidium secutum non est, nam si cut non incident conantes ipsum interfondere, si non interficiunt, quā doquidem Bulla requirit in hoc casu, ut homicidium interueniat, ita nec qui consilium, fauorem, auxiliumue præstiterunt, sed de prima hac regula satis, ad aliam transeamus. Hinc etiam missi in eis quodlibet, summisibus maliſionibus.

Verf. Seu quoquomodo percutiunt?

S V M M A.

- 1 Percutere quid sit.
- 2 Percutere quod modis contingat.
- 3 Percutientes recurrentes ad Romanam in Curiam pro suis causis, & negotiis in excommunicationem incident, quæ excommunicatione quisque patet, declaratur.

qui infamans uerbis, scriptis &c. configurantes ad Romanam Curiam in excommunicationem non incident, non illud nisi cuiusque patet.

In hac parte referitur alla causa, quam obtem in excommunicationem incident, qui ad Curiam Romanam pro suis negotiis recurrentes offendunt, quæ est, ubi predicatoris percutiunt, quam excommunicationem, ut dilucide dicremus habemus, præmitrum est, quid sit percutere, & quot modis quem percutere contingat, nonne percutere possit?

Quodad primum igitur. **P**ercutere nil aliud significat, quam alli quem ualde ferire, dicitur enim a Ver, quod ualde significat, & qualiter, q; in c. huiusmodi, & abiecta, a; quod significat ferio, ut habetur in Dictionario in verb. **P**ercutio, & de hoc Primo satis.

Quoad secundum t; quod modis disceilicet contingat quem percuti, breviter sciendum est: duabus modis id contingere. **P**rimo, ubi quis simpliciter quem uerberat, quel pugnis, uel fuste, uel calciibus, ratione alia id facit. **D**einde, ubi quis etiam uulnusat, nam & hic sine dubitatione percutit, ut per se patet. **A**t quid si quis mutilet, an percutere hic dicetur? **E**go censeo & hunc percutere dici posse, nam percutere uti genus quoddam est, quod comprehendit percussionejn simpli- cem, & percussionem, que uulnus infert, & ob id etiam mutilacionem. His sic præmissis, iam regulam ponamus.

In excommunicationem hanc igitur incident quoque, t; quare cur.

currentes ad Romanam Curiam pro suis negotiis, & causis earum occasione percutiunt, ut habetur in versi. proposito.

Quæ excommunicatio amplificatur, & declaratur, ut superiores regule, ac propterea, ne actum agemus, quæ huc pertinent, illint summamus.

Item amplificatur, ut locū habeat, quacunq. ratione percutiat, vel fuite uel pugnis, vel calcibus, vel armis, rationeve alia ob eandem rationem.

Item vel vulnus inferane, vel mutilent, ob verbum illud quoquomodo, quod generale est, & ob id generaliter est intelligendū. argumen. l. i. S. & generaliter. ff. de leg. præstan. ¶ Non igitur qui verbis, scriptore infamauerit, verē, false, in penam hanc incident, nam hoc non dicit Bulla, ergo nec nos, atque sic dixit quoque Martinus Alfonius de Viu, in Candelabro. par. 2. in expositione Bullæ Cœnæ Domini, cas. 12. nu. 91. Atqui de his haecenus, ad alia veniamus.

Verf. Bonis spoliante.

¶ Spoliante bonis configentes ad Romanam Curiam pro suis negotiis, & causis, in excommunicationem incident, si earum causarum, ac negotiorum causa id faciant, quæ excommu-

nicatio, quousque pateat, declaratur. ¶ In illud in causa, ut videtur.

¶ Fures spoliante eos, qui ad Romanam Curiam configunt pro suis causis in excommunicationem non incident, siue nec u qui auferunt ipses aliquid pro eo, quod ipsis debetur.

Hic refertur alia causa, quam obrem in excommunicatio ne incident, qui offendunt recurrentes ad Romanam Curiam pro suis negotiis, & causis earum causarum, ac negotiorum gratia, & occasione, quæ est, ubi eos bonis spoliant. Et quoniam quid sit spoliare, & quot modis contingat quem spoliari, & quibus rebus spoliari quem posse diximus Capite Nono in versicul. Spoliare, ob eam rem his omisis, quoad rem nostram dicimus, Spoliare hic intelligi, ubi quis iniuste suis rebus mobilibus, vel immobilibus spoliat. Hoc præmisso, iam regulam ponamus.

In excommunicationem hanc quoque igitur incident, ut qui recurrentes ad Romanam Curiam pro suis causis, ac negotiis eorum occasione suis bonis spoliant, ut habetur in versi. proposito.

¶ Quæ excommunicatio eisdem modis amplificatur, & coadetur, quibus superiores iam dixerunt.

¶ Item afficit non solum eos, qui predicitis bonis spoliant, quæ secundum ferunt, verum etiam & quæ domi relinquunt, nam Bulla non di-

Distinguit; ergo nec nos distingue
re debemus. arg. I. de pretio. ff. de
public. in rem a&t. Præterea ob id
hoc sit, ne auertantur, quomodo us
ad Curiam recurrent, quæ ratio
& in bonis, quæ domi relinqunt,
locum habet, ergo & dispositio
argumen. illud. ff. ad leg. Aquil.
& c. cum dilecta. de confirm. utile.
vel inutile. Facit postremo extrau.
diuina. de priu. vbi ordinarii ex-
communicantur, si suorum subdi-
torum, qui pro suis negotiis Ro-
mam eunt, Ecclesiastica bene-
ficia aliis conferant. Quare
si iudex, a quoad Romanam Cu-
riam appellatum est spoliat bo-
nis, quæ domi reliquit, ipsum ap-
pellantem, in excommunicatione
hanc incident.

Excipiuntur tamen casus om-
nes, quos in antecedentibus regu-
lis exceperimus. Si ergo non occa-
sione dictarum causarum, nego-
tiorum & quis prædictos spoliet,
in excommunicationem hanc nō
incident. Quare fures, latrones &c.
ob id immunes ab hac pena erūt,
multo magis, qui furaretur eis,
eo quod ab ipsius suum consequi
non potest, vel quod non potest
probare, vel quod non audet ob
eorum potentiam in ius ipsum vo-
care, modo tamen iure debitum
sit, & certum, & alias recuperare
nequeat, & non accipiat ultra de-
bitum, ita dixit Martin. Alfon-
sus de Vivald. in Candelabro in
explanatione Bullæ cœnæ Domini
ca. decimo secundo, numero 93.

Sed de his hactenus, ad alia venia-
mus.

Ver. Acilla in eadem Curia
prosequentes, aut procuran-
tes.

S V M M A.

Offendens uno ex dictis modis eos, qui
ad Romanam Curiam pro suis negotiis
confugerunt, dum in Curia ea prosecute-
tur, aut procurant, ac demum, ubi a Cu-
ria discedunt, in excommunicationem
incident.

IN hac postrema parte huius
primæ partis sexcoicantur, qui
offendunt aut occidendo, aut per-
cutiendo, aut suis bonis spolian-
do eos, qui ad Romanam Curiam
pro eorum causis, ac negotiis re-
currerunt occasione earum causa-
rum, & negotiorum, dum illa in
eadem Curia prosequuntur, aut
procurant, ut habetur in versicul.
proposito. Et quoniam quid si
occidere, percutere, & spoliare an-
tea vidimus, ob eam rem quod su-
pra diximus, dum recurrent ad
Curiam, locum habent, & dum in
Curia sunt, ob eam rem ne a&tum
agamus, quæ huc pertinent, illinc
sumemus, siue occiduntur, siue
percutiantur, siue bonis spolian-
tur.

Illud vnum queri potest, an pri-
uilegium hoc habeant, vbi a Cu-
ria

teria recedunt, & ad domos suas redeunt, nam hoc prætermisum est in hoc capite. Ego tamen censeo, & tunc priuilegium hoc ipsos habere, tum quod in simili expressu id habemus in Capite 9. vñscul. Recedentes, ergo idem & hic, vna enim lex aliam declarat. argum. I. non est nouum, cum sequent. ss. de leg. tum quod securitate publica de ueniendo ad aliquem locum alicui data, quæ vulgo dicitur Saluo coudotto, & de recedendo data esse existimatur, vt id pluribus probauit Felin. in capitul. fin. numero primo, cum multis sequentiis tregu. & pac. tum quod beneficium hoc Summi Principis est, & in favorem Romanæ Curia tributum, ergo latissime interpretandum argument. I. beneficium. ss. de const. prin. tum denique quod auctor Bullæ, si de hoc interrogatus fuisset, an yellet hos tale priuilegium habere, quoisque domum peruenissent, sine dubitatione id concessurum esse verisimile est. argument. eius, quod dixit Gl. communiter recept. in I. tale pacum. S. fin. ss. de paci. tum quod si contrarium diceremus, non satis prouidum esset recurrentibus ad Romanam Curiam. Ex omnibus igitur his concludo, & in recedendo, sicut etiam in nenieudo priuilegium hoc ipsos habere, vt quod operatur propositum in proposto, operetur oppositum in opposito. argument. I. fin. S. fin. ss. de leg. 3. ita ego censeo saluo semper

Senda Romanæ Ecclesie iudicio. Sed de primaria parte huius Capitis hactenus, ad alteram ve-

Ver. Negotiorumque gestores,

Aduocatos, Procuratores, & agentes.

1 Negotiorum gestor, quoniam sit.

2 Aduocati quinam sint.

3 Procurator quisnam sit.

4 Offendentes negotiorum gestores, aduocatos, procuratores, actores eorum, qui pro suis causis ad Curiam configerunt earum causarum gratia; in excommunicationem incident, quæ excommunicationis quoadque pateat, declarationem non oportet. cumque eas sit oportet, moribus, mirthibus, bensou

In hac secunda parte excommunicationatur, qui aut interficiuntur percutiunt, aut bonis spoliant negotiorum gestores, aduocatos, procuratores, & agentes, quicunque gerunt causatum, vel negotiorum eorum, qui ad Curiam pro suis causis, & negotijs recurrunt, vbi occasione earum causatum, ac negotiorum eisdem modis offendunt, vt habetur in versi. & in sequentibus verbis Bullæ. Et quoniam, quando occidentes, percutientes, nec non bonis spoliantes in excommunicationem have incident, non incident, in antecedenti

denti parte posuimus, & quæ ibi diximus, & hic locum habet, ob eam rem nomina hæc hic tantum explicabimus.

1 Negotiorum gestores igitur † si proprie sunt, qui sine mandato domini rem eius, ac negotiū, ne pereat, agunt, & ejus curam gerunt. arg. tot. tit. ff. de neg. gest. quoad rem nostram. autem eos hic negotiorum gestores accipio, qui aliena negotia extra litem curant, ut pote curando vel vt quis pensionem, be. efficiemque consequatur, vel dispensationem, vel absolutionem, & id generis, in quibus non necessari requiritur mandatum, in quo rūm numero pragmaticum etiā accipio, seu solicitatorem negotiorum, vel litium.

2 Aduocati vero sunt ii, qui apud eum, qui iurisdictioni p̄ficit, quid in iure sit ostendunt, ut habetur in l. i. §. postulare. ff. de postulā, & facit l. i. §. aduocatos. ff. de vari. & extraord. cogn.

3 Procurator autem ad lites est is, qui mandatum habet ad litem mouendam, iudiciumque exercendum. arg. extra. de procur. & procuratoris nomine accipio etiā Syndicum, qui universitatis procurator est, ut habetur in titu. extra. de Syndico.

Actor autem & ipse procuratoris personam sustinet, sed ab eo constituitur, qui adhuc motæ causæ dominus non est. Quare quod tutor, curator, ac Syndicus

ante litem contestatam litis dominionis sunt, atque ad circa procuratorem constituere nequeint ob h. s. de procura. hi actorem constituunt, ut habetur in l. neq. tutores, & ibi Glo. ac DD. c. de procurat. nullius omnis. I.

4 Has personas ergo, † qui vno ex tribus modis offenderit, ut poste, velociterit, percusserit, uelli bonis spoliaverit occasione negotiorum, ac causarum, quas gerant eorum, qui ad Romanam Curiam recurrerunt, in excommunicationem hæc incidet. Quare aduocati, qui resident in Romana Curia, sicut etiam procuratores, & solicitatores, & alii negotiorum huiusmodi gestatores priuilegium hoc habebunt, quādū horum causas agunt. Excipiuntur tamē casus ones, quos in antecedentibus regulis exceperimus.

Item extipitur, vbi aliunde uenirent predictæ personæ, nam in itinere priuilegium hoc non habebunt, quandoquidem ipsis partibus tantum prærogativum hoc concessum est, ut vidimus supra, ergo alii ipso non fruentur, inclusio enim unius alterius exclusio est, arg. l. cum prætor. ff. de iudic. & cap. non ne. de præsumpt. & limitata causa limitatum producit effectum. arg. l. in agris. ff. de acqui. rer. domin. Contraria tamen opinio verior videtur, ut & his speciatim venientes pro aliquav causa hoc priuilegio fruantur,

secus

secus si generatiōnē, ut aduocati
muñere fungantur, nam in iuri
nere priuilegiū non fruentur,
secus autem ubi in Curia eruntq;
& venientium causas suscep-
runt.

Postremo excipitur, ubi extra
Curiam aduocati munus alterius
obirent, ut consilium dando, nām
hi hoc priuilegium non habebūt,
ex quo his conceditur, qui in Cu-
ria hęc agunt, ut in antecedent-
i versicu habetur. Et de hac iti-
dem parte satis, ad postremam ve-
niamus, quoniam ad censuram

Verf. Seu etiam Auditores
vel iudices super prædis-
ctis causis, vel negotiis
deputatos

S. V. M. M. A.

- 1 Auditor quisnam sit.
- 2 Iudex quisnam sit.
- 3 Offendentes uno ex dictis modis. Adi-
ditores, iudice sive eorum, qui pro suis
causis ad Curiam configerunt earum
causarum gratia, in excommunicatio-
nem incidunt, quia excommunicatio
quoniam patet, declaratur.

In hac postrema parte excom-
municantur, qui uno ex tribus
modis offendunt eos Auditores,
vel huiuscosq; iibis causa cognoscenda
& definiti daveq; an nego-
tia

tium cognoscendum, definiēndū
ve commissum est eorum, qui pro
ipsis causis, ac negotiis ad Roma-
nam Curiam recurrerunt occasio-
ne earunt causarum. Et quoniam
in eisdem casibus tales offenden-
tes excommunicantur, in quibus
excommunicari eosdem in aliis
superioribus partibus huius capi-
tis diximus, ob eam rem decla-
rationem oī huius illinc summa-
tus, hic vero breuiter quid. Au-
ditores, iudicesve sint, explice-
mus.

Auditorigitur quatenus ad re
nostram pertinet, primo ille dici-
tur, cui causa cognoscenda com-
missa est, sed non definienda, ut
senit Ancharen in Clement. Au-
ditor numerus versicu Quinto no-
de rescript. nam ibi aliter, cum cui
est commissa audientia causa, pos-
se ferre sententiam, ubi speciatim
hoc ei concessum est, ergo alias fe-
cas, ubi non est concessum. Et Au-
ditor hoc datur & a Principe secula-
lari, & a Romano Pontifice, de
quo audire hic agitur, cuius of-
ficio ex forma ipsi tradita, co-
gnoscitur, ut dixit Zabar, in ead.
Clementino 6. quæstio. 1. ver-
sicul. Sed officium parti, ubi &
quot genera auditorum Roma-
nae Curie sint, declarat. Auditor
etiam Camerae quoque est, qui
hodie magnam potestatem ha-
bet.

2 Iudex vero est is, qui causam
aut iure ordinario, aut delegato
cognoscit, ac definit argu me. tis-
tit.

titu. ff. de off. ordin. & de off. delegat.

3 His sic præmissis † pro regula habebimus in excommunicacionem eos incidere, qui hos auditores, aut iudices vel interficerint, vel percusserint, vel suis bonis ob prædictas causas spoliauerint.

Quæ excommunicatio eos etiâ afficeret sentio, qui extra Curiam prædictos datos dictis modis offendentur, nam Bullæ non distinguunt, ubi sint, ergo nec nos distinguere debemus, & Romanus Pontifex extra Curiam huiusmodi causas committere sapè solet. Sed de hoc capite satis, ad aliud ueniamus.

De excommunicatione lata contra appellantes a decretis Iudicium Romane Curie ad Curias seculares, ac iudicess, & contra impudentes decreta corundem iudicium Romane Curie.

Cap. XII. I. THESES

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes tam Ecclesiasticos, quam seculares cuiuscunque dignitatis, qui prætexentes friuolam quandam appellacionem, a grauamine, vel futura executione litter-

farum Apostolicae tam etiam in forma Brevis tam gratiam, quam iustitiam concernentium. Nec non citationum inhibitionum, sequestrorum, monitoriorum, processuum, executorialium, & aliorum decretorum a nobis, & iusta sententia prædicta, seu Legalitis, Nunciis, Presidentibus Palatii nostri, & Cameræ Apostolicæ Auditoribus, Commissariis, aliquique Iudicibus, & delegatis Apostolicis emanatorum, & quæ pro tempore emanauerint, aut alias, ad Curias seculares, & laicam potestatem recurserunt. Et ab ea instanti etiam Fisci procuratore, vel adiutorio appellationes huiusmodi admitti, ac literas, cita-

tio-